



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Irrito pro alterutra sententia ab eius Patronis ex scripturæ testimoniis pluribus laboratur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

ne vitari tentabatur. Atque (vt alia omittam) cum gloria, & corona actus cuiusque vitalis sit, nemo in alterius coronam succedere citius potest quam alterius vitalem actum elicere, quod per totam philosophiam repugnat. De loco Apocalypsis, eiusque genuino sensu certamine 3. dicemus.

8. Pro negante sententia antecedentem & efficacem absolutam electionem ad gloriam ante præuisa absolute merita prædestinatorum ad illam citari etiam ex veteribus Scholasticis plures solent, non meliore quidem fide, quam pro affirmante referebantur: quo enim expressius firmiusque eiusmodi antecedentem merita electionem illorum ad gloriam negant de electione ad gloriam executiua & retributiua, seu exercitè remuneratiua se loqui profitentur: siquidem, vt certamine primo diximus electionem gratuitam intentionem, & prædeterminationem ante absolutam prædestinatorum merita absolute tamen tamen non absolute efficacem, nullus inquam Scholasticorum negauit; nec, nisi contra scripturam Patres & Theologos proinde dogma negari vultatenus potest; idcirco Philorum Theologorum inuiti pro hac sententia recitatione abstinere. Stant igitur explorato pro negatiua hac sententia ex his, qui contra proximilæculi Hæreticos scripserunt Albertus Pighius 8. de libero arbitrio capite secundo, Richardus Taper articulo 7. §. Nec re ipsa. Hieronymus Oslorius 9. de iustitia Ioan. Ektus in suo Chilopactico centur. 1. Diuicio de concordia liberi arbitrij, & prædestinatione parte secunda, capite tertio, ad 3. Cardin. Sadolemus in capite 8. ad Roman. Stapleton in capite nono, & orat. de hoc argumento, Bartholomæus Camerarius dialog. Cathol. capite 6. Ioannes à Bononia, & Franciscus Carthag. tract. de prædest. Nolter Turrian. opuscul. de elect. diuina, Molina 1. p. q. 23. articulo 2. d. 2. & articulo 3. d. 1. m. 7. & 8. Valent. eadem questione, pun. 4. Valquez 1. parte, d. 89. & 3. parte d. 23. Salas tom. de gratia manuscripto tractatu 15. & 14. sectione 15. referens Medinam vtrumque, Ludouicum Legionensem, Sixtum Senensem Adamum, aliosque auctores ad triginta: tamen in eis veteres plures, quos vt dixi Patronos exploratos sententia huius non reputo, Lessius item satis fusè tractatu de prædestinatione sectione 2. Becanus prima parte, capite 14. questione 4. Herize 1. parte tractatu 3. d. 23. à cap. 9. ac deinceps Hachetus tract. 2. questione 23. d. 3. capite 3. Gamacharius questione 23. capite 6. assert. 2. Monceus tom. 1. d. 4. cap. 4. Cornel. in id Petri 1. *Satagite, ut per bona opera*, &c. Ioannes Præpos. (qui tres potestates refert) 1. parte questione 23. articulo 8. dub. 8. §. 2. Sed mirum plane est, Ariagam capere voluisse in sermonibus citatum Herize, quasi tandem huic sententia affirmanti concesserit. Falsolum vero in suas affirmantis partes citatum Molinam trahere voluisse. Cum tamen, tam hic, quam Herize omnem contingentis nostri effectus efficacem præuisionem absolute, & quomodocunque habitam, & regulatam iudicent cum eius contingentia, & libertate contradicitorie pugnare, vt diximus controu. 4. de volunt. d. 6. q. 2. quare eo suo generali princip. q. huius affirmatiuam partem excluderunt, quibus etiam ego ex eod. principio subscribo.

CERTAMEN III.

Irrito pro alterutra sententia ab eius Patronis ex scripture testimoniis pluribus laboratur.

1. **P**roducit pro negante sententia illud Matt. 25. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum (gloriae vtrique) à constitutione mundi: nempe ex æternitate, ex qua mundum fieri constitutum à Deo fuit: Esuriam enim, & dedistis mihi manducare, &c.* quibus æternæ præparationis regni, seu electionis efficacis gloriae prædestinatis præ reprobis pro. causa merita absoluta co-

rum redduntur, sicuti & præparationis gehennæ, seu electionis efficacis reprobis ad inferni penas statim absoluta ipsorum impietas illis verbis. *Ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo & Angelis eius.* Elongemini enim, & non dedistis mihi manducare, &c. Verum hoc loco agi de gloria electione executiua, & absolute, atque exercitè remuneratiua Dei voluntate, de qua nulli nisi Notatoribus relatis, recitatique à Maldonato dubium est, post merita absolute esse diximus d. 1. q. 2. c. 1. n. 5. & ex verbo *possidete*, & authenticè de damnatis claret. Si autem illi de electione, vel antecedente prædestinatione, vel in ea inclusa gratuita & liberali, quam omnes fatentur ad gloriam efficacem sit necne? Nec aliud probat illud ex Matthæo. *Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo, illa etiam Patrum plurimum interpretatione, qui de præparatione ob merita præuisa absolute ex æternitate cum locum intelligunt: sicuti & illum 1. Corin. 2. *Gratias non vidit, &c. quia præparauit Deus iis, qui diligunt illum.* Eodem decreto illo executiue premiandi exercitè absolute iustorum merita veritas eorum locorum certissima salutar, tamen intentiua electio efficacem absolute prædestinatæ gloriæ prædestinatorum non propter merita absolute, tanquam motiuium, habita, sed per merita tanquam medium obtinende in Deo præcedat.*

2. Affertur illud Iacobi 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & heredes regni, quos promissit Deus diligentibus: quem locum, etiam S. Augustinus prædest. Sancto. c. 17. sub finem asserat, vt probet electi fideles fuisse, non quia fideles erant, sed vt ea electione fideles fierent, & que essent: eaque interpretatione aduersarij quiescant, diuinitatem tamen est: sicut enim elegit pauperes in hoc mundo non fuit illos eligere, vt pauperes in eo fierent, vt finem eorum pauperitatem vt conditionem ex parte subiecti ad eorum electionem supposuit; ita & fidei diuinitas, ac merita vt conditio ex parte subiecti supposita ad eundem electionem æque supponitur, vt exprimit Syriaca translatio verbis hinc. *Non pauperes mundi huius diuites autem in fide elegit Deus: sunt heredes Regni illius, quod promissum est qui diligunt ipsum.* Quæ electione sententia clarior facta ipso comprobata apparet, atque occurrit instantia, quam præterem putat Falsolus: quod scilicet electi etiam dicuntur heredes Regni: cuius tamen hereditas non conditio ex parte subiecti eligendi supposita ad electionem fuit, sed electionis terminus, nisi quæ illi supposita, sed per ipsam electis afferendus: vt enim heredes fieret agniti hereditatem adirent electi sunt: ita sane, si, cum in electione, & terminus, & subiectum electionis sit: aliud, quam Regni hereditas terminus electionis de qua hic, esse possit ac fuisse ea electione explicetur: non fuit reliqua, quæ ex parte subiecti eligendi præsupponitur eadem electione & factio ipso electionis compositionem electionis eius termini dici possunt. Confirmatur istam hunc atque viget argumentum solita sua interpretatiua soliditate Valquez noster 3. p. d. 23. c. 1. n. 1. & 2. c. 1. n. 1. & intento Iacobi loco recitato, illud cum eo ostendere non esse personarum acceptionem in Ecclesia habendam, vt scilicet diuites in honore, & pretio pæ fidei diuitis sint, pauperes vero fideles despectu habentur: idque Dei exemplo, qui pauperes mundi huius diuites vero fidei merito ad Regni sui hereditatem elegit: suadet efficaciter Iacobus, & apprimè confirmat: vt pertinet adوريا nostri euasio de æqua amabiliatate diuitiarum fidei adeo in pauperibus, atque in diuitibus locum non habeat, ea vero solida Valquez interpretatio vtrius firmatur: ex immediate subiunctis à Iacobo de diuitum vitiis. *Nonne diuites per potentiam opprimunt eos: vt libenter, & diuitum tyrannidem, & oppressorum pauperum licet, & diuitum patientiam offendat, atque hos subinde ex fidei & patientia meritis ad regnum Dei electos illos vero ob vitiis suorum demerita ab eo reiectos demonstrat.**

3. Ceterum non minus Valquino rigidus testimoniorum scripture, & Patrum interpretes Magister meus Dilectus Daza nihil ex hoc loco ad rem præsentem putat adduci: neque agi in illo de electione diuina prædestinatorum ad gloriam regni nomine significatam: quæ, cum adeo ignota (tunc præcipue in Christianis Ecclesiis præ-

diis, ubi ne ex effectibus quidem dignosci poterat) occulta, & arcana sit, non potuit cunctis fidelibus in argumentum, & exemplar (quod è re omnibus notissima petendum erat) adduci, ut personarum acceptio distuaderetur. Regni igitur nomine iudiciariam, & Episcopalem in Ecclesia potestatem pauperibus, Apostolis fide, & meritis diuitibus à Deo factam à Christo Domino datamque post resurrectionem Matth. 28. verbis illis data est mihi omnis potestas, &c. Nouissimum erat fidelibus, quo etiam sensu explicari cum Cyrillo etiam putat illud Matth. 19. Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, &c. sequuti estis me sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Huic verò Regni Dei pauperibus merito verò ditissimis Apostolis habita à Deo electioni consonant Chrylogus explicans illud Matth. 4. venite post me, &c. Petrus, inquit, & Andreas, Iacobus & Iohannes germanias combinata immo pauperas geminata in Apostolorum Principes eliguntur: erant sensu pauperes, sed innocentia locupletes: arte viles, sed vita merito pretiosi: captores piscium, sed piscatores hominum iam decrevit. Secundo de electione, & vocatione ad fidem, & Ecclesiam interpretatur: quod & regnum etiam Dei dicitur Lucæ 17. 21. Ecce enim Regnum Dei intra vos est: & illud Matth. 8. 12. Filii autem regni eiecentur in tenebras exteriores: immò Matth. 25. & Celorum regnum dici ex parabola decem Virginum obicitur sapienter Magnus Gregorius homil. 12. in Evangelio, & confirmat ex verbis illis Matth. 13. & colligit de Regno eius omnia scandala, quibus Zizaniorum parabola explicatur. De vocatis enim efficaciter ad fidem, & Ecclesiam Christi absolute electio diuina dicitur 1. Petri 1. Electi aduersus dispersionem, &c. ea vero vocatione non efficaci, externaque, & temporaria electione pauperes diuitibus à Deo præhabitis experimento cunctis notissimo constabat, ut ad personarum acceptiorem exemplum diuine electionis eliminandam oportebat. Nam, & Pharisæi Ioan. 7. aiebant. Nunquid aliqui ex principibus credidi in eum? & Christus Dominus Matth. 11. Pauperes euangelizantur: & Lucæ 4. de se illud Isai. Euangelizare pauperibus misit me interpretatur est: ac demum, 1. Corinth. 1. dicitur: videte vocationem vestram fratres quoniam non multi sapientes, non multi potentiores, non multi nobiles, &c.

4. Ea interpretatio Dazæ nostro nobisque magis placet quod sit Augustini sententia conformior sic, enim Dei Regnum fides, & Ecclesia Christi electi, ad quam electio temporaria, & externa per vocationem efficacem pauperum iam existentium talium, præ diuitibus habita à Deo notissima cunctis erat. Constat vero pauperes præ diuitibus ad regnum eligi non posse, siue ut illa regnarent, quin ad fidem, & lubinde, ut essent Ecclesie Christiane fideles, eligerentur: ac proinde fidem electionis terminum esse, paupertatem vero secus: quia hanc electioni supponi ad argumenti contra acceptiorem personarum efficaciam est necesse: & facto ipso supposita constabat. Sed oppones: regnum promissum illis, qui Deum diligunt, non fidem, quæ ad dilectionem cui regnum promittitur supponitur, & Christianis iniquis Deum non diligentibus, regnum commune cum bonis & diligenter est: quare, etsi fides, & Ecclesia fidelium Dei regnum aliis dicatur, hoc tamen loco Iacobus eo sensu, & acceptiōe Dei Regnum non usurpat, sed pro regno à Deo finaliter diligenter ipsum iustus promissum, æterna nempe beatitudinis & gloria: quare vtraque interpretatio euangelicæ, præterque Valquez argumentum videtur. Respondetur tamen primo: fidem, & Ecclesiam Christianam esse etiam à Deo promissam toto veteris legis testamento, quod totum vmbra nostri Testamenti Noui fuit: illud autem Deum diligenter dicitur promissum: tum quia extra fidem, & Ecclesiam Christi iusti, ac diligentes Deum esse non possunt, cum tamen extra illam peccatores solum promulgato Evangelio esse queant: tum quia iustis specialiter regnum promissum est: quoniam fidei Christianæ Ecclesie, & sacramentorum eius fructum vsumque præcipue habent, atque ex eorum speciali amore, & beneuolentia, & promissum, & institutum fidei, & Ecclesie Christianæ regnum à Deo fuit. Respondetur secundo opposita regni acceptiōe

Christoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.

admissa: Iacobum ex nota externa, ac temporaria electione per vocationem efficacem ad fidem argumentum, ut diximus ad suum institutum sumpsisse: de iure vero hereditatis glorie radicali, quod in fide est, fuisse locutum, non de proximo, & formali, quod stat in sola sanctitate, & formali iustitia: cuius est fides necessaria radix: eo enim sensu, & causa ab Apostolis Petro & Paulo fideles omnes (in quibus plures, haud dubio, peccatores erant) saepe in eorum epistolis Sancti nominantur & electi. Denique ut aliquid obiectio præstaret, & Iacobum electione arcana ad regnum & hereditatem glorie ex præiis meritis absolutis pauperum demus locutum ad executiā & exercitiū remuneratiū recursus patebat.

5. Sed illa testimonia, in quibus certitudo electionis prædestinationis, & vocationis nostræ ad gloriam, clusque assequutio infallibilis à nostro bono vlti gratie dependens traditur efficacissima pro negativa sua sententia aestimantur à nostris Lessio, Cornelio, & aliis supra primum ad Romanos 11. In te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin, & tu exideris, sed & illi si non manserint in incredulitate inferentur. Ergo nihil ante vtiulque absoluta opera decretum à Deo efficaciter de eorum salute est, sed vtiulque absoluta opera ad id expectantur 2. Petri. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: ergo ante illa certa de se electio: quare, nec de se efficacis fuit.

Apocalypsis 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Vbi eadem, quæ in primo loco consequentia, sed primo loco Iudeos, qui sibi tantum salutis promissionem factam (gentibus ab ea exclusis) gloriabantur, compefuit Paulus: & ostendit gentes à salute non esse exclusas, nec de ea Iudeos debere esse securos, ni bonis operibus instent: nam, & apud Iudeos reprobi erant, & apud gentes prædestinati atque electi aliquot sunt ex meritis gratiæ saluandi, ac per illa saluandi decreti, & electi: quare, quæ potestate antecedente operari bene, vel secus, possunt obiectiue certam suam electionem facere, atque ne excidantur, ut rami inutiles, efficiere, vel secus, iuxta illud etiam Pauli, ne forte cum aliis prædicauero ipse reprobis efficiar: tamen consequente potestate nequeat electus efficaciter excidi, ac non certam electionem, & vocationem suam facere ratione futuritionis conditionate, & scientiæ mediæ, quæ ea efficacis electio regulatur: vti Doctores qui hæc opponunt de prædestinatione debent fateri: unde, & Petri locus explicatus manet: tamen de formali electione ad gloriam nemo, præter obiectantes, interpretatur: sed de electione ad gratiam efficacem, siue prædestinatione, ut summum, cuius efficaciam bono eius vlti, tanquam conditione, causaque formali extrinseca constituitur: Acumenius in Catena Græcorum Patrum, Hugo, Beda Carthusianus, & glossa certitudinem, non quidem electioni ipsi intrinsecam sed subiectiuam ipsius electi, vel aliorum, apud quos electionis certitudo ex bonis electi operibus, vel maxime habetur. Denum de electione temporaria, seu vocatione ad fidem germanior eius loci sensus est, in quo synonyme electio, ac vatio dicuntur: quæ certa fit, cum effectum sortitur. Et textu græco firmam alij legunt: quia bonis operibus fides roboratur, atque obfirmatur quibus ad resistendum erroribus, & vitis, ut statim Petrus adiunxit. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Apocalypsis locus distinctione potestatis antecedentis, & consequentis satis ad præsens habet quovis modo corona Episcopo Philadelphie ab obiectantibus explicetur. Sancti Thomæ art. 6. ad 1. non de corona glorie suæ ex iure prædestinationis, seu electionis à Deo ad ipsam, sed ex iure anteaactorum meritum Episcopi illius intelligit: ac proinde eam incertitudinem habita prædestinationis, seu electionis ad gloriam (quæ Episcopo illi probabiliter adfuisse creditur) ratione non esse intelligendam. Nec video quid contra, vel præter textus litteram diceret: qui cum locum de corona, seu dignitate Episcopali, quam habebat interpretaretur: hanc enim, non autem glorie coronam habebat: eam autem, quam habebat tenere, & retinere in tentationibus (vbi antea contra eos officio, illam deique non deficiens retinebat) iubetur ne fiam

T. alius

alius ei vt inerti, ac muneris impari, ac deficienti succedens accipiat Dei de suo grege postulante, & orante cura, & dispositione: quod nec a Cornelij nostri mente versu simili modo, sine est alienum.

6. Neque vero ab affirmantis sententia Doctoribus ex scriptura laboratur operæ pietatis maiori, & t. ex illo Math. 24. de Antichristi persecutione postrema, quæ tanta fore à Christo Domino prædicitur, vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, & cuius, ni propter electos (addit Marcus quos elegit, emphaticè) dies breuiarentur, nemo saluaretur, vt sensus sit: breuiatos dies tribulationis illius, ne antecedens efficax electio electorum tribulatione diuturniore superata impediretur. Vnde Ioannis 6. *Hæc est voluntas eius qui misit me Patris: vt omne, quod dedit mihi non perdam ex eo quicquam, &c.* Quod ita explicat August. 5. contra Iulian. c. 4. *Ipsi intelliguntur Christo dari, qui ordinati sunt in vitam æternam quam scilicet se eis dare asserit Christus Ioan. 10. & non perierunt in æternum, & non rapit eas quisquam de manu mea.* Est ergo de electione prædestinatorum ad gloriam sermo, & ea quidem antecedente ipsorum merita absoluta, & efficaci, vt ex emphasi Marci, & verbis Ioan. 6. datis significatur. Probaturque rursus ratione: electio enim redditur pro causa, vt diuturnitas persecutionis Antichristi impeditur, præ sufficientibus, efficacibus, quibus de facto prædestinati, seu electi salus obtineatur: quare, & antecedens ad hæc omnia, ac subinde ad merita & perseverantiam ex his oriunda & posteriora. Quod autem absolute efficax ea intentio, seu electio prædestinati ad gloriam sit, patet; siquidem inefficacem electionem salutis erga reprobos etiam habet, & tamen in primis fieri plane & omni sensu potest, vt in errorem inducantur; quod de electis illa dictione, *si fieri potest etiam electi*, asseritur impossibile: sicut & illis, *& non rapit eas quisquam de manu mea.* Secundo eiusmodi electione, quæ intentio gloriæ solum inefficax sit, reprobi etiam sunt electi: ergo, & propter illos, breuiati dies illi dici deberent, cum vtriusque etiam breuiarentur. Tria hic tanguntur. Primum de impossibilitate perditionis electorum, seu prædestinatorum, salutisque eorum necessitate, quod consequente necessitate salutis, atque impossibilitate perditionis ratione prædestinationis, ex quacunque, inefficaci etiam, intentione salutis ipsorum orta satis verificatur interuentu scientiæ mediæ de conditionata futuritione salutis sub auxilio gratiæ internæ, & externæ etiam protectionis, seu remotionis impedimentorum, quibus non amotis perirent: quam prædestinatio vtramque gratiam absolute afferens supponit; quod autem ea impotentia perditionis electorum non sit antecedens ex efficaci intentione antecedente salutis ipsorum, siue eorum electione, ad salutem ex eodem textu constat: vbi dicitur, neque electos, seu prædestinatos ipsos, neque vllum omnino hominem saluandum, nisi persecutionis illius tempus decurrat: ut illis verbis: *& nisi breuiarentur dies illi non fieret salua omnis caro: fieret autem certe salua prædestinatorum caro, siue prædestinatus, & electus omnis, si antecedente ad eius prædestinationem, ac subinde operæ & salutem per illa obtinendam, absoluta, & efficaci voluntate, & electione diuina esset prædestinatus ad salutem electus: ex ea quippe efficaci, & prorsus antecedente intentione salutis, & electione prædestinati ad gloriam antecedenter etiam, in quavis rerum peristhastis eius salus necessaria erat, eiusque perditio impossibilis: quare & non breuiatis persecutionis illius diebus: sicut, & ea durante prædestinati alij auxiliis efficacibus saluti erunt, eique cum victoria resistent, quibus similia pro quouis prædestinato efficaciam, ad perduraturam etiam persecutioni illi resistentem Dei potentiam, & scientiam adferunt.*

7. secundum quod electione pro reprobis etiam admittenda, si ex æqui salutis vtrorumque intentione dies persecutionis breuiarentur distinctum, est certamine primo, numero 3. & certamine secundo, numero 5.

in explicatione mentis Sancti Thom. offendimus enim adhuc æqualitate entitatis intentionis salutis vtrorumque admitti, non vno tantum sensu ex parte actus primi etiam, & antierius natura ad prædestinationem, & merita absoluta prædestinatos præ reprobis diuina illa intentione esse ad salutem electos talesque merito haberi, ac nominari debere. Secundum certamine illi primo, numero secundo, & certamine 3. numero 4. iam probabiliter, ac pro non nimis subtilibus, motibus aliam eius antecedentis electionis prædestinati præ reprobo ad salutem ex inefficaci absolute intentione salutis ipsius ex maiori ferretur, & propensione (cuius efficaciam adhuc) in salutem prædestinationis in salutem, reprobi propolimus satis fundatum ex dictis controuersia 6. de prouidentia d. 3. quæstione prima, certamine secundo & tertio. Tertium, & postremum in textus huius ponderatione, & obiectione radium, qui scilicet modo propter, & pro electis speciatione perditionis illius dies breuiati dicantur: cum tam prædestinatis, quam reprobis breuiatione illa diuinam perfectionem cessauerit) explicuit doctè, & subtiliter mens Magister Daza. Quia nimirum pro illis merito breuiati perditionis dies dicantur, qui antea ex eoque perfectione illi resisterant, neque fuerant hactenus in errorem ducti, erantque, ni breuiarentur dies inducendi: si vero solum erant prædestinati, & electi nam reprobi iam omnes, vel fere omnes antea perfectionem inducendi in errorem fuerant, vt moraliter loquendo nullus dignitate persecutionis inducendus superellect: ac proinde, non pro his, aut propter hos, sed propter electam speciationem breuiati dies illi merito dicuntur: quia breuiatio refectionis erat externa protectionis gratia eo posita, vt per impedimentum ablationis salus obtineatur, vel ruina vitetur: & quia reprobi in eo metu, vel iam ceciderant, vel casuri erant, breuiati, vel non breuiatis illis diebus: si deo eorum breuiati reprobis gratia externæ protectionis non fuit, nec efficax, & congruati inspirationis, & vocationis internæ aliquid contulit, vt prædestinatis contulit & electis: quare non propter, seu pro reprobis, sed pro, & propter prædestinatos illa persecutionis breuiatio merito dicitur, ad quorum tantum perseverantiam adduxit & in quorum cessante absolutam salutem, & salutem: ac subinde prædestinationis ipsorum efficaciam. Hoc eodem sensu Apostolus 2. ad Timot. 2. omnia ista propter electos speciatim: & ipsi salutem consequantur videntur dixisse. licet omnibus prodest possit quæ Apostolus patiebatur, & ex desiderio salutis omnium ea sustineret: quia, etsi cunctis prodest exspectant, aut electis, seu prædestinatis profutura de facto, & cum effectu speciatim cum ea sustineret, mirabatur.

8. Inducitur pro affirmantibus id Lucæ 12. Solus timore pusillus grex, quia complacuit (gratuita intra interpretis omnes voluntate) Patri regno dare vobis: Regnum, cæli nempe, ad quod possessionem temporariam elemosynæ loco elargitione lucrandum statim horretur. Cum enim discipulos de necessariis ad vitam sollicitos atque vano egestatis timore ex Euangelica, quam ipsis prædicabat, paupertate sublimidos videret, augmento à maiori ad minus affirmatio cum sollicitudine, & timorem vanum egestatis depellit, atque eos in paupertatis amore valde obfirmat. Qui enim gratuita, & liberali voluntate regnum calorum dare voluit, facillime vitæ temporariæ necessaria subsidia daturus mouetur: quod nullquam ostenditur, si voluntas dandi regnum meritis promissum post merita absoluta præstita solummodo à Deo haberetur: ea enim necessaria promissionem & fidelitate (vt minimum) voluntas esset non libera, nedum gratuita, & liberalis: quare ex illa, tamen de re maiore liberalis, & gratuita, de re adhuc minore, alia haud quaquam legitime inferretur: sed in primis Chrysologus timorem eis verbis & discipulorum credulibus à Christo depulsum magnitudinis præmi à Patre constituti, ac discipulis ea dictione propagant esse: cæcitate sermon. 23. scribens, Nam promissionem regni sui timore seruis statim audire non potest: paraque, & plura in eandem sententiam alia: Secundo Regnum

eis verbis prænuntiatur illud ipsum est quod immediatis verbis: *Quarta primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis.* Hoc autem regnum Ecclesie Dei, & eius sanctitas, & morum probitas fidelium intelligi vult Barradas tom. 2. concord. Euangel. lib. 1. cap. 26. cuius propagandæ curam eis verbis Apostolis Christus impertit, & suadeat, cui, si ipsi curam omnem suam impendant, necessarium ad vitam illorum tuendam, atque seruandam curam, & providentiam penes Deum fore pollicetur: unde sensus oppositi nobis coherentis textus erit: ne vitæ vestræ necessaria subsidia defutura ab eo timeritis, qui vos ad amplissimam in Ecclesia sua potestatem, & principatum, rem scilicet longe maiorem, gratuita sua, & liberali elegit voluntate: sed esto regnum gloriæ cum plerisque sane Doctoribus eo loci intelligamus: & sit sermo cum Apostolis solus, vel è persona ipsorum cum omnibus fidelibus, (vt cum Euthymio volunt Maldonatus ibi & Barradas proxime nec de electione efficaci antecedente merita) nedum, vt aduersarij volunt prædestinationem, nec de prædestinatione ad gloriam textus intelligi possit: quia ex fidelibus plures, atque ex Apostolis iudas, nec ita ad gloriam erant electi, nec prædestinati: immo vero reprobi & præcisi: nec, nisi impie, contra Christi apertissimam scientiam pie locus Christus dicitur de omnibus prædestinatos, & electos esse iudicantes: Sat ergo erit, si antecedens prædestinationem, & merita voluntas gloriæ, & complacentia illa esse intelligatur, salutis omnium gratuita, & liberalis intentio inefficax & communis ad argumenti efficaciam cum enim ex intentione sufficientia, & necessaria ad salutem media, & subsidia spiritualia ad vitam æternam, longe excellentiora necessariis ad vitam temporalem (de quibus solum solliciti erant discipuli) gratuito etiam & liberaliter cunctis Deus provideat, ritè, rectèque inserunt de necessariis ad vitam, gratuito etiam, & liberaliter, Deum discipulis promissum: præsertim suorum animorum, & Ecclesie fidelium curæ impensis: Denique, & de electione ad gloriam post merita solummodo præuisa complacentia illa dandi eis regnum textui conformis explicanda videatur. Cum enim immediate dicatur: *Quarta primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis*, auctarij loco, ad præmium principale initiæ obseruationis mandatorum vobis promissum, necessaria ad vitam suppeditabuntur, subditque rationem. *Nolite timere, &c.* quia, cui placuit gratuitum promittere meritis vestris cæli, & gloriæ regnum, & gloriam in præmium, seque obligare, quod, condignis etiam, præstare non tenebatur, citius vitæ necessaria præstare placebit: quo satis ponderationis necessitatis voluntatis dandi gloriam ex meritis, ex qua ad gratiam suppeditandi necessaria vitæ illatio negabatur: currit autem ex gratuita promissione, & obligatione dandi eam ex meritis. Ac tandem, cum ex gratia merita illa obstant, quibus datur gloria, atque in voluntate gratuita dandi gratum interpretatiua dandi gloriam contineatur, gratuita gloriæ donatio moraliter censetur: unde sanctus Augustinus sæpe gratiam pro gratia gloriam vocat: & Trident. sess. 6. capite 14. gratiam libere promissam, & mercedem fideliter reddendam.

9. Pro affirmantibus circumfertur illud Actor. 13. *crediderunt, quotquot præordinati erant ad vitam æternam.* Sed, quam extra rem afferatur, constat ex d. 1. quæstione secunda, certamine primo, numero sexto, & cerè præordinati tantumdem, atque prædestinati apud Augustinum 17. de bono perseverant, S. Thom. & Scholasticos valere: prædestinatio vero, est ante absoluta merita prædestinati sit: at efficax gloriæ voluntas non est: inducuntur ab eisdem testimonia ex 1. ad Ephesios, & 8. & 9. ad Rom. in quibus, & electi, & dilecti, & vocati secundum propositum, id est beneplacitum, & gratum, non autem remuneratorem Dei voluntatem, & antequam boni quidquam, aut mali egissent, de Iacob, & Esau dicitur, quibus, & electio, dilectio, & propositum Dei præcedere dicitur, atque secundum propositum, & electionem, quod tantumdem est atque ex electione, & propositio vocatio

Christoph. de Origena de Deo Pno. Tomus II.

nem efficacem, & cum iusti perseverantia, & gloriæ coniungendam præparari (quod prædestinatione, providentiaque prædestinatorum propria, & quæ merita eorum absoluta præcedit formaliter sit) electio vero, & dilectio, seu propositum gratuitum, & liberale prædestinationem, & merita antecedens, atque perseverantia, & gloriæ prædestinatorum indefectibiliter coniungendum, nequit non efficax de se esse. Respondetur tamen: propositum, secundum quod vocatio prædestinatorum propria esse dicitur, siue electionem, & dilectionem Dei nihil aliud, quam prædestinationem significare, vt ea loca ex instituto expendent, & interpretantes vidimus d. 1. quæstione 2. certamine 1. sine & certamine 2. quare, neque electionem, seu propositum secundum quod vocatio dicitur infallibiliter cum perseverantia, & gloria prædestinati coniungendum prædestinationi, sed vocationi, quæ secundum propositum esse dicitur solummodo natura præcedere: propositum autem, quod prædestinatio est, secundum electionem esse dicitur, non, quia electio efficax finis gloriæ propositum, seu prædestinationem determinans præcedat: sed quia libere, ac liberaliter, siue è puro arbitrio, & electione Dei illud habentis propositum à Deo habeatur, nullis prædestinati, vel non prædestinati proposito illo suo meritis demeritisve absolute excitato: sed insistent sapè Svarius, atque affirmantes reliqui: vocationem, & gratiam finaliter efficacem, coniunctamque, atque infallibiliter cum perseverantia, & gloria coniungendam, præcipuamque partem & complementum prædestinationis plerumque ex præcedentibus absolute meritis prædestinati à Deo absolute decerni atque donari: ergo nequit ex mera Dei electione, gratuitoque arbitrio esse, ac dici absolute, & indefinitè, seu vniuersaliter propositum, seu prædestinatio, plerumque ex meritis, præcipua, ac potiore sui parte habita, nisi ratione electionis efficacis antecedentis secundum se totam absolute merita prædestinati, ex qua propositum efficacis vocationis, seu prædestinatio habeatur.

10. Respondetur Paulum ibi, & Augustinum, Patres, & Theologos reliquos ex ipso loqui de prædestinationis proposito per modum vnius voluntatis, quia varia signa partialium decretorum, quibus tota illa series constituitur, priorum, posteriorumque vere, intentionaliter, non physice: sicque accepto per modum vnius proposito, & prædestinatione tota, & omnium à primo ad vltimum, & finale efficax auxilium perseverantia coniunctum complectente, ex eo, quod decretum mere gratuitum de auxilio primo efficaci ex nobis non sit, ex quo tota decretorum prædestinationis series inchoatur, nempe tota prædestinatio & propositum, non ex meritis sed gratuitum esse à Paulo, Patribus, & Scholasticis dicitur, quia aliquis ob rationem faciunt (quam nemo ignorat) gratuitam, & liberalem absolute esse prædestinationem an sit negare: sicuti & series tota auxiliorum à primo ad vltimum & perseverantia quæ huic coniuncta est, gratis dari dicitur: quia eius seriei initium ex nobis non est; tamen auxilium efficax finale, perseverantiaque pro illo accepta ex meritis à gratia anteriori ortis sæpe donetur. Et ratio est: quia in primo auxilio ita concatenatorum efficaci datur in radice, & virtute posterius: quare, primo gratuito, & liberaliter donato series tota gratuita & liberali Dei donationi innititur: eaque ablata liberali donatione subrueretur: vt auferretur quidem, si vocatio prima ex nobis, nostræ naturæ viribus & meritis esset (quod solum vt prædestinatio, seu propositum vocationis, & vocatio secundum propositum ex Dei electione, liberoque & liberali arbitrio esset) excludere voluerit Paulus contra Iudæos, qui operibus legis, & propriis viribus salutem obtineri effutiebant: & Augustinus contra Pelagianos, & Semipelagianos, qui solum tenuissimum initium, ansumque prædestinationis Deo ex nobis, naturæque nostræ viribus oblatam volebant: itaque ex gratia & liberalitate Dei tota simul & adæquate sumpta prædestinatio esse absolute merito à scriptura dicitur, sine qua absolute esse non potest, neque inchoari, & in cuius gratuito, & liberali initio reliqua, quibus completur, & absoluitur gratuito virtualiter, & radicaliter donantur. Quæ etiam ratione, si coniunctis de voluntate dandi gratiam,

T. 2. &

& gloriam, tanquam de voluntate vna loquamur, electio ad gloriam, ex meritis licet gratia liberalis, & gratuita dici potest, intelligitur eo sensu, & acceptione recte poterit illud Augustini contra Semipelagianos 7. de corrept. & gratia: homines scilicet gratia electos fuisse ad regnandum cum Christo. Hæc iuxta doctrinam Augustini, qui de prædestinat. Sanctorum capite 17. & vbiuis vocationem secundum propositum propriam prædestinatorum censet. Alij enim Patres apud Iustinian. 8. ad Rom. num. 5. (ex quibus Lessius de prædestinatione sect. 3. num. 30.) quancunque vocationem ex liberali Dei voluntate, ac non ex operibus legis, & naturæ, vocationem secundum propositum dici ab Apostolo censent, communemque esse etiam sufficienter ex gratia Dei vocatis non prædestinatis: ac proinde n. 38. fideles omnes vocatos secundum propositum sibi intelligit: quasi pia coniectura, & ex præsentium eorum statu prædestinatos illos omnes Apostolos censet, & vocet, vt significat August. quandoque de bono perseverant. cap. 22.

CERTAMEN IV.

Irrito etiam pro alterutra sententia
certatur ex Patribus.

1. **P**orro ex dictis ad scripturæ loca pro alterutra opinione ab eius Patronis inducta satis constat nihil pro alterutra firmum ex Patrum testimoniis ad eadem loca scribentium firmum asserti pro alterutra sententia posse: quare eorum recitatione, & explicatione abstinere, ni eorum multitudine, & inculcatione minus Doctos turbati quandoque posse iudicare: ergo per capita saltem, & quasi per summam, memoranda, & explicanda non iavilliter censet: & pro negatiua in primis afferuntur ad id Matthæ. 20. Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Chrysostom. homil. 6. in Matth. scribens: Sed, quibus labore, atque sudore paratum est? Epiphanius hæresi 69. Si laboraveritis erit vobis paratum. Cyrillus. 10. Thes. c. 6. illis, quos excessus certandi commendaverit. Ambros. 5. de fide cap. 3. vt ostenderet patrem quoque non positionibus deferre solere sed meritis: quia Deus personarum acceptor non est. Unde Apostolus ait: quos præcivit, & prædestinavit. Non enim ante prædestinavit, quam præcives, sed quorum merita præcivit, horum præmia prædestinavit. Quem Apostoli locum ita etiam interpretantur vt meritum absoluta præsentia prædestinationem ad gloriam antecesserit. Origen. 7. in eam epist. Theodoret. Theophil. Euthym. Oecumen. Sedul. Theodul. apud Salmer. Tolet. & Iustinian. in cap. 8. & 9. ad Rom. & Damas. Dialog. contra Manich. nos ad iustitiam, & sanctitatis opera hortatur: vt in eorum numero simus, quos Deus bonos fore præcivit, atque ad æternam vitam præordinavit: idque deinceps ipsum explicatius ait: prævidens Deus ea, quæ nos sponte facimus, ea scilicet, quæ sunt in nostra potestate, etiam ea, quæ non sunt in nostra potestate prædestinavit. Sed Vasquez d. 93. citata c. 3. (qua erat ingenij, & interpretandi sinceritate, & rigore) plerisque ex Græcis Patribus citatis censet non prædestinationem, siue electionem ad gloriam præcise, sed ad gratiam etiam, qua ad gloriam prædestinati ordinantur siue proprie, & stricte, & rigore Theologico acceptam prædestinationem, & voluntatem ex meritis, seu operibus ex nobis, naturæque viribus absolute factis, atque à Deo præstis habitam à Deo esse iudicavisse: quare præsentis sue sententiæ directo testimoniis illis non fauere, sed nondum ex octo ventilato, atque ab Augustino profligato, ex quo redderentur cautiore Semipelagianorum errori, vt præcis Patribus ante, exortos ventilato; atque ab Ecclesia examinatos alios errores, immo & scholasticis Doctoribus peritissimos, & acutissimos eis fauere vsu venit, & Damascenti verba ansam huic interpretationi offerunt non

leuem. Sed, quidquid de hoc sit, de prædestinatione, & præparatione æterna ad præmij, & regni donationem, & collationem executum facile prælati Patres explicantur, vt Ambrosij, (qui difficilior ex recitatis est) locus expresse: & petitionis materia suadet, quæ de executiva sedium ad dexteram, & sinistram collatione erat, & verba non est meum dare vobis; sed quibus paratum est à patre meo satis suadent: executivum vero præmij, & gloriæ præparativum voluntatem affirmantes electionem efficacem ad gloriam ante absolutam meritæ prædestinationem, non negant, sed fatentur Catholicæ imino vero sua ipsa conclusione asserunt, & supponunt: cum electionem illam suam antecesserint ad gloriam non nisi per merita ipsa absoluta obtinendam, & propter eadem absolute præmissa dandam asserant, & defendant.

2. Augustini locus pro negante sententia vigetior, atque huc ex instituto explicandus renissus cert. 1. numero 1. ex quest. 2. ad simplician. ita vt Bellarminus 2. de lib. arbitrio, cap. 15. mutatam postea in suam affirmantem ab Augustino negatiuam fuisse asserat. Hanc vero sic videtur tradidisse quest. 2. ad Simplician. Non quia Deus invenit opera in hominibus, quæ eligat, sed quia illud manet, vt iustificet credentes, ideo invenit opera, quæ iam eligat ad regnum Calorum: Inferius, Non tamen electio præcedit iustificationem, sed electionem iustificatio, subdit rationem. Nemo enim eligitur, nisi iam distans ab eo, qui reijcitur: Ante opera vero absoluta nulla est subiecti, vel eligendi, vel reijciendi distantia, seu diversitas, ob quam eligatur alter, alter reijciatur, vt patet in eadem vero sententia consistit semper Augustinus, vt liquet ex 4. de prædestinat. Sanctorum, & de bono perseverant. c. 10. & 21. & item 7. de verbis Domini secundum Matth. gratuitam electionem ad gratiam ab electione ad gloriam, quam non, nisi ex meritis, & remuneratoriæ agnoscat, sic distinguens, elegit autem, & secundum illius gratiam, & secundum suam iustitiam. Quamvis præceptoris sui doctrinæ, & mente illustrissimus discipulus Prosper 2. de vocat. gent. c. 35. adbat. Deus ergo iis, quos elegit (ad gratiam, vt ex sequentibus liquet) sine meritis dat, unde oritur ex meritis: & frustra dicitur, quod ratio operandi non sit in electis: cum ad hoc operetur vt electi sint, scilicet efficaciter ad gloriam: siquidem ineffaciter independenter, & antecesserit ad merita, vel prædestinatione ipsa interpretatur, vel anteriori intentione salutis eorum formaliter, electos ad gloriam prædestinatos vti que admittit iuxta dogma Theologicum sensibus à nobis explicatis certam. 1. à num. 2. & cert. 2. à num. 4. & præsertim vbi discretionem prædestinati à reprobo pro præsentis nature ad prædestinationem à S. Thom. num. 3. rectam (et si velis ab Augustino nuper) explicatione vltima designavimus. Denique cum Augustinus ante hæc semipelagianam ortam examinatum, & ex iustitiam discussam, in eam cum Græcis Patribus consensit, vel inclinavit: cum tunc ex præstis meritis natura, quæ gratiam præcederet, nec aliter decerni nobis à Deo gratiam doceret, ita, cum ex meritis gratiæ absolute prægloriam Catholicè censet, non, nisi ex eis absolute prægloriam electionem ad gloriam prædestinatis, & eorum electionem efficacem ad gloriam à Deo haberi censuisse creationem efficacem ad gloriam, & collationem gloriæ asserti ab Iustitiam executivam, & collationem gloriæ asserti ab Augustino: aliam vero efficacem intentionem ad hanc prædestinatorum ad gloriam, ex qua efficacia ad hanc obtinendam media prædestinatione præparatur ad co non negari, nec asserti: etsi enim reprobi à prædestinato diverfitatem supponendam ad electionem indefinitam dicat, ad denominationem electionis, sensu aliquo non satis ab ipso explicato, requisivit, vt eo etiam casu electionem prædestinati præ reprobo de eorum ex multis Jacob, & Esau agens absolute electionem ad gratiam obinde expresse negavit, tamen scilicet alio occulto aliquam electionem ipsorum his tandem ab occulta mittat: quod si electio hic fuit aliqua, vt sic intelligamus, quod ad Roman. 11. dictum est: reliqua per electionem gratia salus facta sunt: non, vt iustificationem electione fiat: ad vitam æternam, sed vt eligantur, quæ iustificentur.